Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



qui natus in stratis de longe portans panem suum et de nocte surrexit deditq; predam domesticis suis et cibaria ancillis suis. Considerauit agrum et emit eum de fructu manuum suarum plantauit uineam. Accinxit fortitudine lumbos suos. et roborauit brachium suum. Gustauit et uidit quia bona est negociatio eius non extinguet. in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia et digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae a frigoribus nimis omnes enim domestici eius uestiti duplicibus. Stragulata uestimenta fecit sibi byssus et purpura indumentum eius. Nobilis in portis uir eius. qum sederit cum senatoribus terre. Sindonem fecit et uendidit. et cingulum tradidit chanaeo. Fortitudo et decor indumentum eius. et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapie et lex clemencie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue et panem ocio sum non comedit. Surrexerunt filij eius et beatissimam predicauerunt. uir eius et laudauerunt eam. Multe filie congregauerunt diuicias. tu supergressa es uniuersas. Fallax gracia et uana est pulchritudo mulier timens deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum. et laudent eam in portis opera eius. Gr. Speciosa. Alla. Diffusa est gracia. Sim Nullo. Vocem Machim. te ihu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris. querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: querentes te. At ipse respondens dicenti sibi. aut. Quis est mater mea. et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea? et fratres mei. Quicumq; enim fecerit uoluntatem patris mei. qui in celis est: ipse meus frater et soror. et mater est. Offert. Filie regum. Suscipe uota tuorum Secret. Domine hummilorum et oblatum tibi pro commemoracione sancti Felicitatis pacifice libamus sacrificium propiciatus intende. P. Com. Quicumq; fecerit. Supplices te rogamus Compl. Omnipotens deus. ut tua nobis dona multiplices. Intercedente beata felicitate nostra tempora nostra pacis tuae la securitate disponas. Per. Crisogoni martis. Iustus non. Adesto domine supplicationibus. Oro. nostris. ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus. beati crisogoni martis tui intercessione liberemur. P. Recordare. Memor esto. Gr. Gloria et honore. Alla. Beatus uir qui suffert. Euan. Conuocata ihu